DIÖZESE
INNSBRUCK

Digitales Archiv

Ablass Benedict XIV.

Pfarrarchiv Kartitsch

1757

Digitales Archiv

Shelf Mark: 6.7807.A21

CC-BY-NC-ND-Lizenz (4.0)
Creative Commons Namensnennung - Nicht kommerziell - Keine Bearbeitung 4.0 International Lizenz

urn:nbn:at:at-dai-66998

Visual Library

Benedictus XIV.

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis Salutem, et Apostolicam Benedictionem. Ad augendam fidelium Religionem, et Animarum Salutem, coelestibus ecclesiae thesauris pia charitate intenti, omnibus utriusque sexus Christi fidelibus vere poenitentibus, et confessis, ac Sacra comunione refectis, qui ecclesiam S. Leonardi loci Cartisch Brixinensis Dioecesis, cui ecclesiae, ejusque capellis, et Altaribus, sive omnibus, sive singulis, eamque, seu eas, vel ea, aut illarum, seu illorum singulas, vel singula etiam visitantibus, nulla alia indulgentia reperitur concessa, die festo S. Sigismundi Regis a primis vesperis usque ad occasum Solis diei hujusmodi singulis annis devote visitaverint, et ibi pro christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione ac S. Matris ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, Plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, et Remissionem misericorditer in Domino

concedimus. Praesentibus ad Septennium tantum valituris. Volumus autem, ut si alias Christi fidelibus in quocunque alio anni die dictam Ecclesiam, seu Capellam, aut Altare in ea situm visitantibus aliqua alia indulgentia perpetuo, vel ad tempus nondum elapsum duratura concessa fuerit, vel si pro impetratione, praesentatione, admissione, seu publicatione praesentium aliquid, vel minimum detur, aut sponte oblatum recipiatur, praesentes nullae sint. Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub annulo piscatorio die II. Aprilis 1757. Pontificatus Nostri decimo Septimo.

~~Littera Consecrationis pro ecclesia S. Stephani in Strass petuntur~~

BENEDICTUS PP. XIV

Universis Christifidelibus praesentes litteras inspecturis salutem et Apostolicam Benedictionem. Ad augendam fidelium religionem et animarum salutem caelestibus Ecclesiae thesauris pia charitate intenti, omnibus

utriusque sexus Christifidelibus vere poenitentibus et confessis, ac sacra communione refectis, qui Ecclesiam S. [illegible] loci [illegible] Brixinensis Dioecesis [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] Volumus autem [illegible] aliis Christifidelibus [illegible]

[illegible]

[illegible] Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 21 Aprilis MDCCLVII Pontificatus Nostri Anno Decimoseptimo.

Publicetur Breve iuxta sui tenorem
Sig. ex Consistorio Brixiae die prima maij 1757.
Joannes Philippus Carolus Comes [illegible]
[illegible] Canonicus Consiliarius
Ecclesiasticus [illegible]

Gratis pro Deo [illegible]

Pro D[omi]no Cardinali [illegible]
Joannes Florius Substitutus

Indulgentia plenaria festo S. Sigismundi.

757

[illegible] 2/136[illegible]